

# E V C L I D I S

## E L E M E N T V M

### Q V I N T V M.

#### D E F I N I T I O N E S.

1.

**P**Ars est magnitudo magnitudinis minor maioris, quum minor metitur maiorem.

2.

Multiplex autem est maior minoris, cum minor metitur maiorem.

3.

Proportio, est duarum magnitudinum eiusdem generis mutua quædam secundum quantitalem habitudo.

4.

Proportionalitas verò est proportionum similitudo.

5.

Proportionem habere inter se magnitudines dicuntur, quæ possunt multiplicata se se mutuò superare.

6.

In eadē proportionem magnitudines dicuntur esse, prima ad secundam, & tertia ad quartam, cum primæ tertiæ æquè multiplicata, & secundæ & quartæ æquè multiplicibus, qua-